

1

Sylloge
fungorum
omnium hucusque cognitorum

dixit
P. A. Savardo

vol. XVI

Supplementum universale
Part. V

auctoribus

P. A. Savardo et P. Sydow

adjectus est index totius operis

Fol. ... — Pretium it. lib. (pro Extera franc.) ...

Pataii
Die I Decemb. MCM I
sumptibus P. A. Savardo
Typis Lemnariis

2

caracter. leges.
ma grand est

In his tam parvis atque tam nullis
quae ratio, quanta vis, quam inextinguibilis
perfectio!

Plinius, Nat. hist. lib. XI cap. II.

Nondum absolutum est quadriennium ex quo in lucem prodit Sylloges Supplementum IV, seu operis universalis volumen XIV (*) et ~~esset~~ tam magna mycetum novorum messis, unde cunque convecta, iam nobis adest ut Supplementum aliud necessarium visum sit. Quod, præcedentibus omnino simile, nullam dispositionis suæ explanationem exposcit. Tantum lectorem monemus:

I. Cum voluminis impressio diu perdurasset, opportunum duximus ad ^{eiusdem} causam addere elenchum mycetum qui interea innoverunt.

II. Cum compertum sit nomina generum, subgenorum etc non raro vitiose v. arbitrario pronuntiari, ~~negligenter~~ lectoribus gratum et utile visum fuit vocibus prædictis, in Indice universalis, apud botanicos opponere.

III. In eodem Indice universalis utile quoque existimus vimus interjicere non pauca synonyma generica magis obsoleta, quorum nulla mentio erat in Sylloges voluminibus (**).

IV. Triginta dua species ^{novæ} ^{primæ} ⁱⁿ hoc volumine ^{descriptæ} occurrunt, quarum elenchus mox sequitur.
P. A. Saverio
P. Sydow.
Patavi - Berolini, Nov. MCMII

(*) Vol. XV complectitur Synonymiam generum Sporiarumque sub-
sporiarumque fungorum, in Vol. I-XIV Descriptionum a cl. prof. S.
Mellet parisiensi concinnatum et Patavi editum anno 1901. Hinc
presens volumen est series XVI.
(**) Quod ad synonyma tam generica quam specifica attinet, cfr.
Synonymiam Muttikanam modo citatam.

Fam. 38. Tuberculariaceæ.

KMETIA Bres. et Sacc. nov. gen. (Etym. a cl. ab. ANDREA KMET, prencoviensi, de fungis hungarico-schemniciensibus meritissimo). — Sporodochia minuta, pulvinata v. granuliformia, superficialia, gelatinoso-ceracea, pallida v. læte colorata, glabra, parte inferiore ex hyphis filiformibus, parallele denseque coalitis formata. Conidia ex apice hypharum oriunda, acicularia, continua, hyalina. — A gen. *Cylindrocolla* differt defectu basidiorum ramosorum, conidiis non catenulatis etc. Forte *Cylindrocolla Pini* Lamb. et Fautr. ad hoc genus spectat.

537. **Kmetia exigua** Bres. et Sacc. sp. nov. — Sporodochiis gregariis vel sparsis, globoso-granuliformibus, melleo-viridulis, diaphanis, basi contracta sessilibus, 200 μ . diam.; hyphis prælongis, 2 μ . cr., septulatis, in pseudostroma hemisphæricum quasi coalitis, hyalinis; conidiis acicularibus, 30-36 \times 1-1,3, rectis, utrinque obtusiusculis, minutissime guttulatis, continuis, hyalinis.

Hab. ad ligna emortua decorticata (Aceris?), ut plurimum parasitice, ut videtur, in fungillo Leptostromaceo quodam immaturo, Prencov Hungariæ (A. KMET).

538. **Tubercularia miniata** Tracy et Earle in Greene Pl. Bak. II, 1, p. 29. — In ramis Sambuci, South Colorado, Amer. bor.

539. **Exosporium Sambuci** Tracy et Earle in Greene Pl. Bak. I, 1, p. 36. — In ramis emortuis Sambuci melanocarpæ, South Colorado Amer. bor.

Botrytes Diopyri Briz. Ann. R. Mag. botol.
reg. Roma. Vol. I, 1901, p. 132. ^{Conspitulis}
Depressis-pulvinatis, constantibus albis, ^{densis} minutis;
hyphis sterilibus, ~~fr~~ fructibus carnem longe lateque
penetrantibus ramosis, septatis, interdum vix
cosis; hyphis fertilibus exsertis, erectis, ramosis,
apicibusque furcatis, abscissis; conidiis raris
gemis insertis, ovato-ellipsoideis, hyalinis,
8-10 = 6-8.

Hab. in fructibus prope maturis, qui mox
decidunt, Diopyri Kaki, Romae. Species
valde noxia, a B. cinerea et B. vulgaris
colore candido at mox distinguenda.

Da inseriri nell'ultima pagina Lythge
presso Odium; desidero però, rivedere
detta pagina